

mus Alcoratum super unum montem; videres iam eum uti-
 q; scissum a reuerentia & timore dei. Et sicut in capitulo Elca-
 minar: quod interpretat / luna / dicit: q; luna contrita est: & mul-
 ta alia que longum esset enarrare. Vnde potest omnibus sapi-
 entibus manifestum esse: legem illam non esse a deo / que tot
 & sic manifesta continet mendacia. Inueniuntur autem post
 hec & alia quedam absona / quæ tanq; firma saraceni affirmat
 translata ex Alcorano in modum expositionis: continentur
 autem palam in libro Mahometi de expositionibus: ex qui-
 bus cum multa sint / pauca hic cōmemorabo. Vnum est quod
 dicit: q; creatum fuit cœlum ex fumo: fumus autem ex exha-
 latione maris: mare autem ex quodam monte / qui Caph ap-
 pellatur: & is circūit totum orbem terrarum & sustinet cœ-
 lum. Dicitq; solem & lunam equalis lucis & virtutis fuisse:
 & nullam discretionem esse inter noctē & diem. Aliquando
 autem accidit: q; dum volaret Gabriel / ala eius lunam tetige-
 rit: quæ & sicut nunc videmus / obscurata est. Item dicit &
 suem agrestem ex stercore elephantis natum esse: murem
 autem ex stercore porci: cattam autem ex fronte leonis. Hoc
 autem isto modo ex ponitur. Cum enim Noe esset in arca
 cum filijs & animalibus / quando ad latinam / secesserunt / in-
 clinata est arca: & maxime quando Elephas aderat: Et pro-
 pterea: quod valde timuit / consuluit Noe deum. Qui dixit:
 Recede / & adora podicem eius ad foramen ex quo proue-
 nit stercus. Quo facto simul exiuit stercus / & cum eo porcus
 valde magnus: cuius rostro stercora sicut consuevit: effoden-
 te: mus natus est: & incepit rodere tabulas arce: Et tunc ma-
 xime timuerunt. Et interrogans Noe dominum / percussit leo-
 nem in fronte: Et exiuit mustela per nares eius. Et hanc di-
 cunt esse causam / propter quam carnes porci non licitas esse
 dicunt: Dicit autem rursus in eodem capitulo: q; deus in fi-
 ne mundi interimet omnem creaturam / & angelos / & arch-
 angelos: & nihil relinquet viuens preter deum & mortē que
 est angelus quidā / qui dicitur Adriel. Tunc mandabit domi-
 nus Adrieli ut interimat seipsū. Quo facto / clamabit dñs voce
 magna / & dicet: vbi sūt satrapę mūdi & p̄ncipes: Et post hec re-

Alia mēn-
 dacia ex al-
 corano ex-
 cerpta cō-
 mentarijs.
 Fabula de
 creatōe ce-
 li / fumi &
 maris.
 Fabula de
 sole & lun-
 a.
 Alia fabu-
 la.

Alia fabu-
 la.